

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 9267

**Auteur(s) :** Alain Ier, Rennes (évêque)

**Bénéficiaire(s) :** Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** ...1155...

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Alain évêque de Rennes fait savoir que Geoffroy fils de Raoul d'Acigné renonce au monde et donne toute sa terre de Louvigné.

## Tableau de la tradition

### Copies manuscrites

D. Paris, BnF, n.a. lat. 2500, n° XX, p. 438-440. Copie du XXe siècle

### Éditions principales

- a. LOBINEAU, Guy-Alexis, Histoire de Bretagne, composée sur les titres et les auteurs originaux, Paris, 1707, t. 2, col. 305.
- b. MORICE (Hyacinthe), Mémoires pour servir de preuves à l'histoire ecclésiastique et civile de Bretagne, tirés des archives de cette province, de celles d'Angleterre, des recueils de plusieurs sc̄avans Antiquaires, et mis en ordre, Paris, Imprimerie Charles Osmont, 1742-1746, 3 vol, t. 1, col. 622-623.

## Dissertation critique

Transcription : Claude Groud-Cordray (Cartulaire de l'abbaye de Savigny ou Liber cartarum domus Savigneii, episcopatu Redonensi, n° XX)

Texte d'après D

Ego Alanus Dei gracia Redonensis episcopus tam presentibus quam futuris notum fieri volo quod Goffridus filius Radulfi de Acinneio se domino Hatoni del Fo sub religionis nomine subdidit et ei obedientiam tota vita sua servare promisit atque pro remedio anime sue et animarum parentum suorum atque fratrum et omnium benefactorum suorum terram Luvigneii scilicet partem illam que est ab ostio Yylie usque ad forestam solutam et quietam predicto Hatoni dedit fratribus suis Heron scilicet et Guillelmo Veteri et Guillelmo Popon et sorore sua uxore Pagani, hoc concedentibus. Paganus etiam et omnes illi qui ex progenie illa venerant hac concesserunt hoc autem factum est apud Assigneum in ecclesia beati Martini coram omni parrochia. Hujus rei testes fuerunt Herveus sacerdos ejusdem ecclesie, Guidenochus de Castelborc, canonicus de Alion, Ricardus canonicus Filgeriarum, Petrus de Acigneio et Muricius clericus, Robertus de Muscun et multi alii. Contigit autem postea quod Herveus frater predicti Goffridi captus fuit qui non habens de quo se redimere et relictam partem Luvigneii monachis Savigneii venalem fecit quam cum illi emere noluissent Herveus et fratres sui et amici et cognati predicto Hatoni et fratribus suis vendiderunt. Illi vero X libras quas Herveus de reditione sua debebat reddiderunt. Ipse vero herveus predictam terram in manu Robertis Britonis omnino dimisit et fidei sacramento ipse et fratres suis et Paganus de Acigneio et

Robertus de Moscon et Goffredus de Moscon et Petrus Calvin partem illud se tenere fide et juramento juraverunt et se defensores ejusdem pacti fore contra omnes adversarios pro posse suo promiserunt, Robertus vero Brito qui dominus ejusdem terre erat inde XX solidos habuit et sic terram illam liberam et quietam et ab omni querela solutam exceptis XVIII nummis de mangerio quas in quadragesimo domini habet, predictis fratibus concessit ipse et sui et se tutorem et defensorem illorum contra omnes impugnatores secundum posse suum juravit. Robertus vero de Vitreio inde XL solidos habuit et concessit et sacramento firmavit et dominum Hatonem osculatus est et frater loci factus est. Testibus istis Johanne decano, magistro Roberto Philippi, Gaultero de Villa Dommant, Philippo filio Alardidi, mater autem Robert iet uxor sua X solidos habuerunt Johannes de Landarant V solidos, Herveus autem in ecclesia beati Martini de Acigneio cum missali super altare domnun Hatonem coram omni parrochia de terra illa saisivit. Si quis autem alemosinam istam infringere temptaverit, iram Dei omnipotentis incurrat et perpetuo anatemati subjaceat. Hoc autem infirmamus et sigilli nostri auctoritate munimus.